

## FORMULES DE BÉNÉDICTIONS.

**Observations.** — 1° Relire ce que nous avons dit en général sur les objets de dévotion que l'on a coutume de bénir et d'indulgencier : voir t. I, p. 438 et suiv.

2° Se souvenir également qu'on ne doit se servir que des formules de bénédiction conformes au Rituel romain : *Illi soli libri adhibendi et illæ tantum benedictiones, quæ Rituali Romano sunt conformes.* (Décret de la Sacrée Congrégation des Rites, du 7 avril 1832, *Arimin.*; — *Decr. auth. C. S. R.*, n. 2689 ad 4.)

On avait demandé plus tard : *An formulæ benedictionum quæ inveniuntur in libris ab Ordinariis tantum locorum et non ab apostolica Sede approbatis, retinendæ sint, adeo ut in benedictionibus perficiendis iisdem uti valeant sacerdotes cotta et stola induti?* — Le 23 mai 1835, la même Congrégation répondit : *Detur Decretum in Ariminen. diei 7 april 1832 ad Dubium 4, nec aliæ adhibeantur, dummodo non constet ab hac Sacra Congregatione fuisse approbatas* (l. c., n. 2723 ad 9).

Du reste le *Rituale Romanum*, dans ses dernières éditions, contient un supplément considérable, avec ce titre : *Appendix ad Rituale Romanum sive collectio benedictionum et instructionum a Rituali Romano exsulantium, S. Sedis auctoritate approbatarum seu permisarum in usum et commoditatem missionariorum apostolicorum aliorumque sacerdotum digesta.*

3° Observer les *règles générales* du Rituel romain sur les bénédictions. Voici ces règles (tit. VIII, c. I) :

a) *Noverit sacerdos, quarum rerum benedictiones ad ipsum, et quæ ad Episcopum suo jure pertineant, ne majoris dignitatis munera temere aut imperite umquam usurpet propria auctoritate.*

b) *In omni benedictione extra Missam, sacerdos saltem super-*



*pelliceo et stola pro ratione temporis utatur, nisi aliter in Missali notetur.*

c) *Stando semper benedicat, et aperto capite.*

*In principio cujusque benedictionis dicat :*

ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini,

℞. Qui fecit cœlum et terram.

ÿ. Dominus vobiscum, — ℞. Et cum spiritu tuo.

d) *Deinde dicatur Oratio propria, una vel plures, prout suo loco notatum fuerit.*

e) *Postea rem aspergat aqua benedicta ; et, ubi notatum fuerit, pariter incenset, nihil dicendo.*

f) *Cum sacerdos aliquid benedicturus est, habeat ministrum cum vase aquæ benedictæ et adspersillo, et cum hoc Rituali libro<sup>1</sup> seu Missali.*

g) *Caveat, ne benedictionis causa ponat aliquid indecens super altare, veluti esculenta ; sed quod ejusmodi est, ponatur super mensam commodo loco paratam.*

4<sup>o</sup> A moins d'un indult apostolique, les évêques et les prêtres ne peuvent employer les bénédictiones propres aux Ordres religieux et approuvées uniquement pour ceux-ci (quoique, dans le diocèse, il n'y ait pas de religieux de cet Ordre).

*Multæ habentur benedictiones (quorum pleræque in Rituali recens Romæ edito), quæ propriæ sunt diversorum religiosorum Ordinum ; hinc quaeritur, num Episcopus et ab eo delegati sacerdotes ea impertiri possint, maxime si in propria diœcesi religiosi Ordinis illius non existant? — S. Rit. Congreg. resp. die 2 Dec. 1881 : Negative absque apostolico Indulto (Decr. auth. C. S. R., n. 3533 ad 3).*

### 1. — Benedictio novæ crucis.

(Cette formule ne sert que pour les *simples croix*, par exemple dans les cimetières ou sur les places publiques ; pour les *crucifix*, il faut employer la bénédiction suivante, n. 2. — *Decr. cit.*, n. 3524 ad 4).

ÿ. Adjutorium nostrum in nomine, etc.

ÿ. Domine, exaudi orationem meam, — ℞. Et clamor, etc.

ÿ. Dominus vobiscum, — ℞. Et cum spiritu tuo.

1. Toutes les bénédictiones que nous allons reproduire ici sont tirées de la dernière édition du Rituel romain (édition de Ratisbonne).

OREMUS. Rogamus te, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ut digneris beneddicere hoc signum crucis, ut sit remedium salutare generi humano ; sit soliditas fidei, profectus honorum operum, redemptio animarum ; sit solamen et protectio, ac tutela contra sæva jacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum. — ℞. Amen.

ALIA ORATIO AD IDEM<sup>1</sup>.

Beneddic, Domine Jesu Christe, hanc crucem, per quam eripuisti mundum a potestate dæmonum, et superasti passione tua suggestorem peccati, qui gaudebat in prævaricatione primi hominis per ligni vetiti sumptionem (*hic aspergat aqua benedicta*). Sanctificetur hoc signum crucis in nomine Patris † et Filii † et Spiritus † sancti, ut orantes, inclinantesque se propter Dominum ante istam crucem, invenient corporis et animæ sanitatem. Per Christum Dominum nostrum. — ℞. Amen.

*Postea sacerdos genuflexus ante crucem devote adorat et osculatur, et idem faciunt quicumque voluerint<sup>2</sup>.*

### 2. — Benedictio imaginum Jesu Christi Domini nostri, B. Mariæ Virginis et aliorum sanctorum<sup>3</sup>.

ÿ. Adjutorium... — ℞. Qui fecit...

ÿ. Dominus vobiscum, — ℞. Et cum spiritu tuo.

1. Cette seconde *Oratio* appartient encore à la bénédiction de la nouvelle croix ; et d'après une décision de la S. Congr. des Rites donnée le 4 septembre 1880 (*Briocen.*, ad IV), cette seconde oraison ne doit jamais être omise, pas même quand c'est en particulier que le prêtre veut bénir une ou plusieurs croix nouvelles (*Decr. cit.*, l. c.).

2. D'après le Rituel romain, les évêques seuls et les prêtres autorisés ont le droit de faire cette bénédiction, et une autre plus solennelle qui se trouve dans l'appendice du Rituel, ainsi que celle que nous donnons au numéro suivant. Il faut remarquer cependant qu'à cette question : *An... possit simplex sacerdos eas (scil. cruces altarium seu processionum) benedicere private, et non solemniter?* la Sacrée Congrégation des Rites a répondu (12 juillet 1704, *Urbis*) affirmativement, tout en faisant remarquer que la bénédiction de ces croix d'autel ou de procession n'est point prescrite (*Decr. auth. C. S. R.*, I., n. 2143). La Revue romaine, *Ephemerides liturgicæ* (1888, 326) en tire cette conclusion : *Itaque benedictio imaginum non est vetita simplici sacerdoti nisi ratione solemnitatis* (voir t. I, p. 448, 1<sup>o</sup>).

3. On peut obtenir de la Sacrée Congrégation des Rites, le pouvoir de faire cette bénédiction ; mais aucune Indulgence n'y est attachée.



OREMUS. — Omnipotens sempiternus Deus, qui Sanctorum tuorum imagines (*sive effigies*) sculpi aut pingi non reprobas, ut quoties illas oculis corporis intuemur, toties eorum actus et sanctitatem ad imitandum memoriæ oculis meditemur; hanc, quæsumus, imaginem (*seu sculpturam*) in honorem et memoriam unigeniti Filii tui, Domini nostri Jesu Christi (*vel beatissimæ Virginis Mariæ, Matris Domini nostri Jesu Christi, vel beati N. Apostoli tui, vel Martyris, vel Confessoris, aut Pontificis, aut Virginis*) adaptatam benedicere † et sanctificare † digneris; et præsta, ut quicumque coram illa unigenitum Filium tuum (*vel beatissimam Virginem, vel gloriosum Apostolum, sive Martyrem, sive Confessorem, aut Virginem*) suppliciter colere et honorare studuerit, illius meritis et obtentu a te gratiam in præsentem, et æternam gloriam obtineat in futurum. Per Christum Dominum nostrum. — R. Amen.

*Ultimo aspergat aqua benedicta.*

### 3. — Benedictio coronarum S. Birgittæ<sup>1</sup>.

ÿ. Adjutorium nostrum... — R. Qui fecit...

ÿ. Domine, exaudi... — R. Et clamor...

ÿ. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Omnipotens et misericors Deus, qui propter nimiam caritatem tuam, qua dilexisti nos, Filium tuum, Dominum nostrum Jesum Christum, pro redemptione nostra de cœlis in terram descendere, et de beatissimæ Virginis utero, angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli: obsecramus immensam clementiam tuam, ut (*hanc coronam*) has coronas in honorem et laudem Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fideli (*dicatam*) dicatas bene†dicas, et sancti†fices, (*eique*) eisque tantam infundas virtutem Spiritus sancti, ut

1. Cette formule n'est que pour les chapelets de sainte Brigitte (proprement dits) de six dizaines (voir t. I, pp. 499 et suiv.); elle n'est donc pas nécessaire si, avec la faculté d'attacher aux objets pieux les Indulgences apostoliques, on a reçu aussi le pouvoir de brigitter les chapelets (voir t. I, p. 462). — Même pour ceux qui ont reçu ce pouvoir de l'abbé général des Chanoines réguliers du T. S. Sauveur, cette formule n'est point prescrite (voir t. I, p. 504). — Cf. MELATA, *Manuale de Indulgentiis*, 133. On trouvera plus loin, n° 43, la formule pour demander ce pouvoir, et l'indication de l'adresse.

quicumque (*eam*) eas portaverit, vel recitaverit, aut domi reverenter tenuerit, ab omni hoste et adversitate semper et ubique liberetur, Indulgentias lucrari possit juxta mandatum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et in exitu mortis suæ a beatissima Virgine tibi plenus meritis præsentari mereatur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, etc.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, et Filii, † et Spiritus sancti, descendat super vos et maneat semper. — R. Amen.

*Deinde aspergantur coronæ aqua benedicta.*

Pour attacher les Indulgences apostoliques aux chapelets, croix, crucifix, médailles et statuettes, aucune formule n'est spécialement prescrite; il suffit d'un simple signe de croix fait avec cette intention (voir t. I, p. 462). — Voir plus loin, n° 39, une formule pour demander ce pouvoir.

### 4. — Benedictio rosariorum B. Mariæ V.

PROPRIA ORDINIS PRÆDICATORUM<sup>1</sup>.

ÿ. Adjutorium... — R. Qui fecit...

ÿ. Domine, exaudi orationem meam, — R. Et clamor, etc.

ÿ. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Omnipotens et misericors Deus, qui propter nimiam caritatem tuam, qua dilexisti nos, Filium tuum unigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum, de cœlis in terram descendere, et de beatissimæ Virginis Mariæ Dominae nostræ utero sacratissimo, angelo nuntiante, carnem suscipere, crucemque ac mortem subire, et tertia die gloriose a mortuis resurgere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli: obsecramus immensam clementiam tuam, ut hæc signa rosarii in honorem et laudem ejusdem Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fideli dicata bene†dicas et sancti†fices, eisque tantam infundas vir-

1. Le livret des pouvoirs que donne le T. R. P. Général des Dominicains porte cette prescription: *Rosaria benedicenda debent omnino quinque vel decem vel quindecim decenariis coalescere; sacerdotes autem deferant regulariter stolam albam ea benedicendo.* — Les prêtres autorisés peuvent se servir de cette bénédiction, lors même qu'ils bénissent les chapelets de personnes qui ne font pas partie de la Confrérie du S. Rosaire (voir t. I, p. 513). — Voir plus loin, n. 43, une formule pour demander ce pouvoir.



tutem Spiritus sancti, ut quicumque horum quodlibet secum portaverit, atque in domo sua reverenter tenuerit, et in eis ad te, secundum hujus sanctæ Societatis instituta, divina contemplando mysteria devote oraverit, salubri et perseveranti devotione abundet, sitque consors et particeps omnium gratiarum, privilegiorum et Indulgentiarum, quæ eidem Societati per sanctam Sedem Apostolicam concessa fuerunt, ab omni hoste visibili et invisibili semper et ubique in hoc sæculo liberetur, et in exitu suo ab ipsa beatissima Virgine Maria Dei Genitrice tibi plenus bonis operibus præsentari mereatur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, etc. — R. Amen.

*Deinde aspergantur aqua benedicta.*

On trouvera ci-après, dans le n<sup>o</sup> 25, la formule de bénédiction pour les *chapelets de N.-D. des Sept-Douleurs*. Voyez t. I, p. 506.

#### 5. — Benedictio candelarum Societatis SS. Rosarii<sup>1</sup>.

ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini,  
R. Qui fecit cælum et terram.  
ÿ. Dominus vobiscum,  
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Domine Jesu Christe, lux vera, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, effunde per intercessionem Virginis Mariæ Matris tuæ (et per quindecim ejus rosarii mysteria) bene ÷ dictionem tuam super hos cereos et candelas, et sanctifica eas lumine tuæ gratiæ; et concede propitius, ut, sicut hæc luminaria igne visibili accensa noc-

1. Ces cierges bénits sont portés par les confrères du saint Rosaire, dans les processions et dans d'autres pieux exercices de la confrérie, par exemple, à l'enterrement d'un confrère défunt. On les allume aussi en certaines circonstances pour obtenir de Dieu quelque grâce particulière; mais surtout, les confrères mourants gagnent une Indulgence plénière à l'article de la mort, s'ils tiennent en main le cierge béni du saint Rosaire, et s'ils ont récité le rosaire une fois (voir p. 234, note 1); cf. *Acta... SS. Rosarii*, I, 45, n. 110; 99, note 3; 105, n. 3. — C'est du T. R. P. Général des Dominicains qu'on obtient le pouvoir de bénir ces cierges (comme les roses dont il est question au numéro suivant); on le reçoit en même temps que le pouvoir d'admettre dans la confrérie du Rosaire, et de rosier les chapelets. Voir une formule de requête ci-dessous, n<sup>o</sup> 43.

turnas depellunt tenebras, ita corda nostra, invisibili igne ac Spiritus ÷ sancti splendore illustrata, omnium vitiorum cæcitate careant, ut puro mentis oculo cernere semper possimus, quæ tibi sunt placita et nostræ saluti utilia: quatenus post hujus sæculi caliginosa discrimina ad lucem indeficientem pervenire mereamur. Qui vivis et regnas, etc. — R. Amen.

*Deinde aspergantur aqua benedicta.*

#### 6. — Benedictio rosarum Societatis SS. Rosarii<sup>1</sup>.

ÿ. Adjutorium nostrum... — R. Qui fecit...  
ÿ. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Deus, creator et conservator generis humani, dator gratiæ spiritualis et largitor æternæ salutis, benedictione tua sancta bene ÷ dic has rosas, quas pro gratiis tibi exsolvendis cum devotione ac veneratione beatæ semperque Virginis Mariæ ejusque rosarii hodie tibi præsentamus et petimus benedici, et infundi in eis per virtutem sanctæ crucis ÷ benedictionem cœlestem: ut qui eas ad odoris suavitatem et repellendas infirmitates humano usui tribuisti, talem signaculo sanctæ crucis ÷ benedictionem accipiant, ut quibuscumque in infirmitatibus appositæ fuerint, seu qui eas in domibus suis portaverint, ab infirmitate sanentur; discedant diaboli, contremiscant et fugiant pavidi cum suis ministris de habitationibus illis, nec amplius tibi servientes inquietare præsumant. Per Christum Dominum nostrum. — R. Amen.

*Deinde aspergantur aqua benedicta.*

#### 7. — Benedictio puerorum et puellarum

IN FESTIS PIÆ UNIONIS A S. INFANTIA NUNCUPATÆ<sup>2</sup>.

ÿ. Adjutorium... — R. Qui fecit...  
ÿ. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

1. Il s'agit ici des roses naturelles que, chez les PP. Dominicains et dans les confréries du S. Rosaire, on bénit surtout en la fête du S. Rosaire. Comme d'autres objets bénits, elles se sont souvent montrées d'une influence salutaire et presque miraculeuse contre les mauvais esprits et pour le soulagement des malades (*Acta SS. Rosarii*, I, 45, n<sup>o</sup> 109; II, 1282, 1324). — Pour le pouvoir de bénir ces roses, voir la note au numéro précédent.

2. Voir, au tome II, n<sup>o</sup> 74, l'œuvre de la Sainte Enfance, p. 440, II, 1.



OREMUS. — Quæsumus, omnipotens Deus, pueris istis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, bene † dicere dignare, et per virtutem sancti Spiritus corda eorum corrobora, vitam sanctifica, castimoniam promove, sensus eorum bonis operibus unice intentos custodi; prospera tribue, pacem concede, salutem confer, caritatem largire, et ab omnibus diabolicis atque humanis insidiis tua protectione et virtute semper defende, ut, te miserante, paradisi requiem tandem feliciter assequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum, etc. — R. Amen.

OREMUS. — Domine Jesu Christe, qui parvulos tibi oblatos et ad te venientes complectebaris (*hic ponat manus super capita puerorum*) manusque super illos imponens eis benedicebas, dicens : Sinite parvulos venire ad me, et nolite prohibere eos : talium est enim regnum cœlorum, et angeli eorum semper vident faciem Patris mei : respice, quæsumus, ad puerorum et puellarum præsentium devotionem; et benedictio tua copiosa super illos descendat, ut in tua gratia et caritate proficiant, te sapiant, te diligant, te timeant, mandata tua custodiant, et ad exoptatum finem perveniant, per te, Salvator mundi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. — R. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, Pa † tris, et Fi † lii, et Spiritus † sancti descendat super vos, custodiat atque dirigat vos, et maneat semper vobiscum. — R. Amen.

*Deinde aspergantur aqua benedicta.*

#### 8. — Benedictio cingulorum in honorem S. Josephi, Sponsi B. Mariæ Virginis<sup>1</sup>.

*In diœcesibus, quibus a S. Apostolica Sede privilegium conceditur benedicendi cingula in honorem sancti Josephi, Sponsi beatæ Mariæ Virginis, sacerdotes adhibere debent hanc formulam a S. R. C. approbatam die 19 septembris 1859 :*

1. Tout prêtre qui en fait la demande peut, indépendamment de la confrérie de Saint-Joseph, obtenir de la Sacrée Congrégation des Rites, et pour toute sa vie, le pouvoir de bénir ces cordons. Il faut remarquer cependant qu'on ne peut user de ce pouvoir sans employer la formule que nous donnons ici, et avec cette réserve : *Si accedat expressus sui Rmi Ordinarii diœcesani consensus.*

ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini,

R. Qui fecit cœlum et terram.

ÿ. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Domine Jesu Christe, qui virginitatis consilium et amorem ingeris, atque castitatem præcipis : oramus clementiam tuam, ut hæc cingula castitatis tesseram bene † dicere et sancti † ficare digneris, ut quicumque pro castitate servanda illis præcincti fuerint, intercedente beato Josepho, sanctissimæ Genitricis tuæ Sponso, gratam tibi continentiam, mandatorumque tuorum obedientiam servent, atque veniam peccatorum suorum obtineant, et sanitatem mentis et corporis percipiant, vitamque consequantur æternam. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. — R. Amen.

OREMUS. — Da, quæsumus, omnipotens æterne Deus, ut purissimæ Virginis Mariæ ejusque Sponsi Josephi integerrimam virginitatem venerantes, eorum intercessionibus puritatem mentis et corporis consequamur. Per Christum Dominum nostrum. — R. Amen.

OREMUS. — Omnipotens sempiterne Deus, qui castissimo viro Josepho purissimam Mariam semper Virginem et puerum Jesum commisisti, te supplices exoramus, ut fideles tui, qui his cingulis in honorem et sub protectione ejusdem sancti Josephi præcincti fuerint : te largiente et ipso intercedente, in castitate semper devote persistent. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum, etc. — R. Amen.

OREMUS. — Deus, innocentiam restitutor et amator, quæsumus, ut fideles tui, qui hæc cingula adhibuerint, intercedente beato Josepho, sanctissimæ Genitricis tuæ Sponso, in lumbis suis sint semper præcincti, et lucernas ardentes gestent in manibus suis, ac similes sint hominibus exspectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis, ut, cum venerit et pulsaverit, confestim aperiant ei, et in æterna gaudia recipi mereantur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. — R. Amen.

*Deinde sacerdos, imposito thure in thuribulo, aqua benedicta aspergit cingula, dicens : Asperges me, etc.; postea incensat, et tandem dicit :*

ÿ. Salvos fac servos tuos, — R. Deus meus, sperantes in te.



Ÿ. Mitte eis, Domine, auxilium de sancto, — R. Et de Sion tuere eos.

Ÿ. Domine, exaudi orationem meam, — Ÿ. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Deus misericors, Deus clemens, cui bona cuncta placent, sine quo nihil boni inchoatur, nihilque boni perficitur; adsint nostris humillimis precibus tuæ pietatis aures, et fideles tuos, qui in tuo sancto nomine cingulo benedicto in honorem et sub protectione sancti Josephi præcincti fuerint, a mundi impedimento, vel sæculari desiderio defende; et concede eis, ut in hoc sancto proposito devoti persistere, et remissione percepta, ad electorum tuorum valeant pervenire consortium. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, etc. — R. Amen.

### 9. — Benedictio cinguli S. Thomæ Aquinatis ad servandam castitatem.

PROPRIA ORDINIS PRÆDICATORUM<sup>1</sup>.

Ÿ. Adjutorium nostrum, etc. — R. Qui fecit cœlum et terram.

Ÿ. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, puritatis amator et custos, obsecramus immensam clementiam tuam : ut sicut ministerio angelorum sanctum Thomam Aquinatem cingulo castitatis cingere et a labe corporis ac animæ præservare fecisti, ita ad honorem et gloriam ejus bene † dicere et sancti † ficare digneris cingula ista : ut quicumque ipsa circa renes reverenter portaverit ac tenuerit, ab omni immunditia mentis et corporis purificetur, atque in exitu suo per manus sanctorum angelorum tibi digne præsentari mereatur. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in sæcula sæculorum. — R. Amen.

*Et aspergatur aqua benedicta.*

1. Voir t. II, la remarque après le n<sup>o</sup> 58, p. 363.

### 9 bis. — Formula benedictionis cingulorum in honorem S. Philumenæ Virginis et Mart<sup>1</sup>.

APPROBATA PRO ARCHIDIEC. PARIENSI DIE 20 DEC. 1883.

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini, — R. Qui fecit cœlum et terram.

Ÿ. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Domine Jesu Christe, bene † dic, quæsumus, hoc cingulum, et præsta, ut qui (*vel quæ*) illud gestaverit, sanctæ Philumenæ Virginis et Martyris protectione munitus (*vel munita*) ab omnibus periculis defendi, atque animæ et corporis sanitatem percipere mereatur : qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. — R. Amen.

*Deinde sacerdos aspergat aqua benedicta.*

1. INDULGENCES accordées aux fidèles qui portent la ceinture de sainte Philomène, vierge et martyre (sommaire approuvé par la Sacrée Congrégation des Indulgences, le 7 avril 1900) :

I. *Indulgences plénières* : 1<sup>o</sup> Le jour où les fidèles reçoivent cette ceinture; conditions : confession, communion, visiter une église ou un oratoire public en y priant aux intentions du Souverain Pontife. (Léon XIII, bref du 4 avril 1884.) Aux mêmes conditions, les jours suivants (à partir des premières vêpres) : 2<sup>o</sup> Le 25 mai, jour où le corps de sainte Philomène fut trouvé; 3<sup>o</sup> le 11 août, fête de la sainte; 4<sup>o</sup> le 15 décembre; — 5<sup>o</sup> A l'article de la mort, si, s'étant confessés et ayant communié, ou du moins vraiment contrits, ils invoquent de bouche ou du moins de cœur le Saint Nom de Jésus (Léon XIII, bref cité); 6<sup>o</sup> une fois par an, un jour au choix, si, chaque jour, ils ont habituellement récité la prière suivante; conditions : confession, communion, visiter l'église paroissiale en y priant aux intentions du Souverain Pontife (Léon XIII, bref du 27 mars 1900) :

Sainte Philomène, vierge et martyre, priez pour nous, afin que, par votre puissante intercession, nous obtenions cette pureté d'esprit et de cœur qui conduit au parfait amour de Dieu. Ainsi soit-il.

II. *Indulgences partielles* : 1<sup>o</sup> 7 ans et 7 quarantaines, les quatre dimanches qui suivent immédiatement les Quatre-Temps, à la condition de visiter d'un cœur contrit et avec dévotion une église en y priant aux intentions du Souverain Pontife (Léon XIII, bref du 4 avril 1884); 2<sup>o</sup> 100 jours une fois par jour, en récitant la prière ci-dessus d'un cœur contrit et dévotement (Léon XIII, bref du 14 mars 1893).

Toutes les Indulgences ci-dessus — sauf celle à l'article de la mort — sont applicables aux âmes du purgatoire.



## 10. — Benedictio et impositio chordæ Sancti Francisci Assisiensis.

PROPRIA ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM<sup>1</sup>.*Sacerdos indutus superpelliceo ac stola alba dicat :*

ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini,

℞. Qui fecit cœlum et terram.

ÿ. Ora pro nobis, beate Pater Francisce,

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ÿ. Domine, exaudi orationem meam,

℞. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS. — Deus, qui, ut servum redimeres, Filium tuum per manus impiorum ligari voluisti : bene † dic, quæsumus, funem istum, et præsta, ut famulus tuus, qui (vel famula tua, quæ) eo velut ligamine pœnitentia sui corporis cingetur, vinculorum ejusdem Domini nostri Jesu Christi perpetuo memor existat, et in ordine, quem assumpsit, perenniter perseveret, tuisque cum affectu semper obsequiis se alligatum (vel alligatam) esse cognoscat. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate, etc. ℞. Amen.

OREMUS. — Omnipotens sempiternæ Deus, qui omnibus peccatoribus quærentibus veniam et misericordiam, quæsitæ et optatæ misericorditer tribuisti : oramus immensam clementiam tuam, ut has chordas (vel hanc chordam) benedicere † et sanctificare digneris ; ut quicumque iis (vel ea) pro peccatis suis cincti fuerint (vel cinctus fuerit) et clementiam tuam imploraverint (vel imploraverit), meritis et intercessione beatissimi servi tui Francisci veniam et indulgentiam suorum peccatorum fructumque tuæ sanctæ misericordiæ consequantur (vel consequatur). Per Christum Dominum nostrum. — ℞. Amen.

*Deinde aspergatur aqua benedicta ; mox sacerdos cingendo confratrem chorda, dicat :*

Accipe chordam super lumbos tuos : ut sint lumbi tui præcincti in signum castitatis. In nomine Patris, et Filii †, et Spiritus sancti. — ℞. Amen.

1. Voir t. II, n° 58, p. 362, l'archiconfrérie relative.

## 11. — Benedictio numismatum Sancti Benedicti.

PROPRIA ORDINIS SANCTI BENEDICTI<sup>1</sup>.

*Sacerdos benedicturus numismata sancti Benedicti, incipit absolute :*

ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini,

℞. Qui fecit cœlum et terram.

Exorcizo vos, numismata, per Deum Patrem † omnipotentem, qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt. Omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli et omnis incursus, omne phantasma satanæ eradicare et effugare ab his numismatibus, ut fiant omnibus, qui eis usuri sunt, salus mentis et corporis : in nomine Patris † omnipotentis, et Jesu † Christi Filii ejus, Domini nostri, et Spiritus sancti † Paracleti, et in caritate ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. — ℞. Amen.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison. Pater noster, etc. (secreto).

ÿ. Et ne nos inducas in tentationem, — ℞. Sed libera nos a malo.

ÿ. Salvos fac servos tuos, — ℞. Deus meus, sperantes in te.

ÿ. Esto nobis, Domine, turris fortitudinis, — ℞. A facie inimici.

ÿ. Dominus virtutem populo suo dabit, — ℞. Dominus benedictet populum suum in pace.

ÿ. Mitte nobis, Domine, auxilium de sancto, — ℞. Et de Sion tuere nos.

ÿ. Domine, exaudi orationem meam, — ℞. Et clamor meus ad te veniat.

ÿ. Dominus vobiscum, — ℞. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Deus omnipotens, honorum omnium largitor, supplices te rogamus, ut per intercessionem sancti Benedicti, his sacris numismatibus, litteris ac characteribus a te designatis, tuam benedictionem infundas ; ut omnes, qui ea gesta-

1. Voir tome I, p. 525 et suiv. — Formule pour demander ce pouvoir, ci-dessous, n° 42.